PROPOSITIONES

DE IURE NATURALI, AC REGIO CASTELLAE,

ET INDIARUM.

DEFENDENDAE

A. B. D. JOANNE FIRMINO DE AYZINENA

Sub disciplina

D. D. IOSEPH. MARIA ALVAREZ

Iur. Civ. Prof.

GUATEMALAE

M.DCCC.VIII.

Apud Arevalo.

GRATIAE MIRABILE PORTENTUM!

Per hanc abruptis mundana
Procellis aequora,
Per hanc peccatorum colluviem,
In qua tot naufragia quot vitia,
Tot vitiosi quot naufragi,
Fortunatus Navigator,
Possidens quod nunquam amisserit,
Integram navem servavit,
Et Innocentiae thesauros,
Custode poenitentia,
Illaesos semper habuit,
Et ad tuta Coeli
Optati littora portus
Securus citatim pervenit,
Angelicus Iuvenis
Aloysius Gonzaga,
Cuius in Aris
Ioannes Firminus de Ayzinena
Devote provolutus
Has Thesses deponit.

EX LIBRO III. INSTIT. IURIS CIVILIS.

AD TIT. I. USQUE AD XIII.

DE SUCCESSIONIBUS QUAE AB INTESTATO DEFERUNTUR.

NUllo existente testamento, vel eo penitus infirmato, locum habet successsio legitima ab intestato. (1)

Cum vero huiusce successionis fundamentum sit amor, ii succedere debent, quos defunctus quam maxime amasse *cencetur.*

A Phylosophis autem observatum est amorem descendere; & si non habeat quò descendat tunc sumdem adsendere; & si demum neutrum possit, tunc ad latus divergere.

Hinc experientia docet suos cuique liberos omnium esse carissimos, post liberos parentes, post parentes demum collaterales.

Tres itaque ordines successionis ius nostrum statuit, naturam sequutum; descendentium scilicet, adsendentium, & collateralium. (2)

In subsidium post hos si nemo eorum heres extet, fiscus hereditatem capiet. (3)

§. I.

DE SUCCESSIONE DESCENDENTIUM.

PEr descendentes hic intelligimus omnes, quae vel natura

---

(1) Prol. & l. 1. tit. 13. Partit. 6. (2) l. 1. & 2. tit. 2. lib. 4. for. lud. l. 2. eod. tit. (3) l. 6. in fine eod. tit. Partit.

tura liberi nostri, & posteri sunt, vel per leges civiles tales habentur.

Huiusmodi sunt legitimi, legitimati, adoptivi si qui sint, & illegitimi. (4)

Legitime nati omnes parentibus succedunt nulla facta distinctione sexus, aut gradus, modo parentem non habeant propiorem. (5)

Hinc liberi tam primi gradus, quam ulteriorum omnes succedent; sed illi in *capita*, hi in *stirpes* ut vocant. (6)

Legitimati per subsequens Matrimonium eodem iure succedunt ac legitimi. (7)

Per Principis autem rescriptum legitimationem adepti, hereditatem accipient si soli sint; id est si non adsint alii legitimi, aut per subsequens Matrimonium legitimati. (8)

Si vero defuncto nec legitimi, nec legitimati extiterint filii, sed naturales duntaxat; sextans bonorum, & non amplius ad hos pertinebit cum ipsorum matre dividendus. (9)

Spurii á paterna hereditate penitus sunt exclussi: materna vero eis conceditur, etiam si defunctae matri adsendentes supervixerint. (10)

Nati demum ex damnabili coitu, nec non ex clericis in sacris ordinibus constitutis, aut ex monachis, & mo-

---

(4) ll. 3. 8. 9. 10. & 11. tit. 13 P. 6. (5) l. 2. tit. 2. lib. 4. for. Iud: ll. 3 tit. 7. & 3. tit 13. Partit. 6. & 1. tit. 8. lib. 5. Rec. Cast. (6) dict. l. 3. tit. 13 P. 6. (7) l. 10. tit. 8. lib. 5. R. C. (8) ead. l. 10. (9) l. 8. tit. 13. P. 6. (10) l. 7. tit. 8. lib. 5. Rec. Cast.

monialibus professis, etiam à matris successione excluduntur. (11)

Filii adoptivi ius succedendi patri adoptanti habent, dummodo ipse legitimis careat. (12)

§. II.

DE SUCCESSIONE ADCENDENTIUM.

SI defuncto nulli superfuerint legitimi liberi, vel eorum qui licet legitimi non sint, ius succedendi habent, adcendentibus fit locus, secundum tamen gradus proximitatem. (1)

In hoc enim ordine representatio non admittitur, sed semper proximior remotiorem excludit. (2)

Unde si quis sine liberis & patre decesserit, relicta matre, avoque paterno tota hereditas pertinebit ad matrem. (3)

Neque etiam fieri debet distinctio bonorum, ut scilicet paterna pater, & materna capiat mater; sed indistincte inter eos qui eiusdem gradus sunt ex aequo dividetur hereditas. (4)

Si tamen alicubi ex foro patrio moris fuerit, ut paterna patri, materna matri quaerantur, id erit servandum. (5)

Si

---

(11) ll. 6. & 7. eod. tit. (12) ll. 5. tit. 6. lib. 3. & 1. 5. tit. 22. lib. 4 Fori Reg. & 1. ac 10. tit. 8. lib. 5. Rec. C. (1) ll. 4. tit. 13. P. 6. & 1. tit. 8. lib. 5. R. C. (2) dict. l. 4. tit. 13. P. 6. (3) ll. 2. tit. 2. lib. 4. For. Iudic. & 1. tit. 6. lib. 3. For. Reg. (4) dict. l. 4. tit. 13. P. 6. & l. 1. tit. 8. lib. 5. Rec. Cast. (5) dict. l. 1. in finc.

Si praemortuus patre, matreque alicuius is diem obierit relictis avis; hi ei succedent; ita ut qui ex patre sunt semissem unum, qui ex matre alterum capiant, licet dispares sint numero. (6)

Ob id tamen hereditas non *in capita* dicetur dividi, neque *in stirpes*, cum remotiorem proximior excludat, sed *in lineas*.

Demum si parentes qui defuncto supervixerint eum ex iustis nuptiis non genuerint, sed naturales tantum fuerint, sextantem bonorum capient. (7)

§. III.

DE SUCCESSIONE COLLATERALIUM.

Tertius succedendi ordo eos qui ex latere defunctum contingebant complectitur: (1) omnes tamen etsi fratres germani defuncti fuerint, adcendentibus cedunt. (2)

Ut ergo venientibus ex transverso sit locus, necesse est nullum descendentem, neque adcendentem superesse ex iis, qui vel legitimi sunt, vel ius succedendi habent. (3.)

Dum id evenerit fratres utrinque coniuncti, eorumque praemortuorum filii hereditatem obtinebunt, illi *in capita*, hi *in stirpes*. (4)

Si

(6) l. 4. tit. 13. P. 6. l. 10. tit. 6. lib. 3. For. Reg. & 1. tit. 8. lib. 5. Rec. Cast. (7) l. 8. in fine dict. tit. 13. P. 6. (1) ll. 3. & 4. tit. 2. lib. 4. For. Iudic. 5. tit. 13. P. 6. & 1 tit. 6 lib. 3. For. Reg. (2.) l. 4. tit. 8. lib. 5. Rec. Cast. (3) l. 5. tit. 13. P. 6. (4) dict. l. 5. & 5. tit. 8. lib. 5. Rec. Cast.

Si utrinque coniuncti fratres, eorumque filii non extiterint, fratres ex uno venientes latere, ipsorumque defunctorum filii eodem modo hereditatem partientur. (5.)

Non extantibus fratribus, filii eorum *in capita* ad patrui hereditatem venient. (6)

Aliis vero quam fratrum filiis ius repraesentationis in hac transversa linea non adcommodatur; & his quidem es solùm casu, quo cum patruis concurrerint. (7.)

At si defunctus non legitimus, sed naturalis tantum fuerit, fratres ex eadem matre, eorumque filii, ei erunt heredes, & si qui ex eis fuerint legitimi coeteris praeferendi. (8.)

Si fratres uterini non extiterint admittentur consanguinei, ex quibus etiam praeferuntur legitimi. (9.)

Succedendi ab intestato ordo hucusque relatus iure hodierno extra quartum gradum non egreditur, (10) eo que deficiente, fiscus hereditatem capiet. (11)

Licet Religiosi eorumque Conventus, aut Monasteria, quae bona possidere possunt iure novissimo testamentariae successionis sint capacia, ab intestato tamen penitus excluduntur. (12.)

In-

---

(5) dict. l. 5. tit. 13. P. 6 (6) Ead. l. 5. & 13. tit. 6. lib. 3. For. Reg. (7) dict. l. 5. (8) l. 5. tit. 2. lib. 4. For. Iud. 12. tit. 13. P. 6. (9) dict. l. 12. (10) ll. 3. tit. 9 & 9. tit. 12. lib. 1. Rec. Cast. (11) l. 12. tit. 8. lib. 5. Rec. Cast. Reg. instruct. 27. Novembr. an. 1785. & 27. August. 1786. (12) Reg. Schedul. 29. Nov. 1796. & 29. April. 1804. Pragm. Sanct. 6. Iul. 1792.

Intestatorum bona ex integro tradenda sunt cognatis illis quibus ius succedendi competit. (13.)

In solis vero successionibus transversalibus bonorum non vinculatorum quinquagessima Regi solvenda est, hispanice *el dos por ciento* (14.)

Id vero intelligendum si valor hereditatis deductis expensis duo milia uncialia argentea excedat: id est *dos mil pesos de plata*: aliter enim ab hac contributione declaratur immunis. (15.)

Cognati praeterea qui defuncto successerint, illas tenentur in eius funere, ac pro ipsius anima impensas facere quas eius conditio opes, & circunstantiae exigunt, iuxta morem Provintiae. (16.)

Quintum vero integrum impendere non tenentur, nisi in casu quo defunctus commisarium reliquit ad testandum, qui facultate sibi concessa usus non fuit. (17.)

In hoc enim casu cum testamentum fieri praecepisset merito praesumitur quintam bonorum suorum partem favorè suae animae voluisse destinare.

AD TITULUM XIV.

DE OBLIGATIONIBUS.

OBligatio quae unica est species iuris ad rem, nihil

---

(13) l. 16. tit. 4. lib. 5. Rec. Cast. (14) Reg. Sched. 11. Iunii an. 1801. art. 5. (15) Ead. Reg. Sched. art. 4. (16) l. 10. tit. 4. lib. 5. Rec. Cast. (17) l. 9. tit. 4. lib. 5. Rec. Cast.

hil aliud est, quam necessitas moralis à iure imposita, ad aliquid faciendum, vel praestandum. (1)

Igitur obligatio personam non egreditur, atque inde adversus tertium numquam agi potest, sed solum adversus eum, qui se obligavit.

Omnis obligatio vel naturalis, vel civilis tantum, vel mixta dicitur. (2.)

Mixtae quae veré & proprie oblìgationes sunt aliae immediate nascuntur ex aequitate naturali: aliae non nisi mediante aliquo facto obligatorio licito, vel illicito.

Cum vero factum licitum consistat in consensu, & illicitum in delicto: hinc nonnullae obligationes nascuntur ex conventione, seu consensu, nonnullae ex delicto.

Conventio autem est duorum vel plurium in idem placitum consensus de dando aliquo vel faciendo. (3)

Haec cum iure nostro semper producat obligationem, contractus adpellatur, nec à pacto differt. (4.)

Inter contractus, qui nomine sunt insigniti, *nominati*, qui eo carent *innominati* dicuntur. (5)

Causam tamen omnes habent, sive contractus, sive pacta sint, cum semper producant actionem semel ac voluntas sese obligandi adpareat. (6.)

Omnes contractus si ex consensu vero nascuntur, *veri*; si ex ficto vel praesumpto, *quasi contractus* nuncupantur.

(1) arg. l. 3. tit. 12. Partit. 5. (2) ll. 9. tit. 1. & 5. tit. 12. P. 5. (3) arg. l. 1. tit. 11. P. 5. (4) l. 2. tit. 16. lib. 5. R. C. (5) l. 5. tit. 6. Partit. 5. (6) arg. dict. l. 2. tit. 16. lib. 5. Rec. Cast.

Veri contractus alii sunt unilaterales, & stricti iuris, alii bilaterales, & bonae fidei: quae quidem distinctio licet in praxi parum utilis, petenti dabitur.

Sunt etiam contractus qui totam utilitatem uni soli ex contrahentibus, ideoque benefici: sunt & alii, qui ambobus commodum, & onus largiuntur, onerosique vocantur. (7)

Demum contractus omnes perficiuntur re, litteris, aut consensu, verbis autem solemnibus nulli. (8.)

AD TIT. XV.
QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

Contractus qui re ineuntur ex nominatis sunt quatuor, videlicet: mutuum, commodatum, depositum, & pignus.

Vocantur etiam reales, quia non capiunt substantiam, nec obligationem talium producunt, nisi sequuta rei traditione.

§. I.
DE MUTUO.

Contractus quo res fungibilis, sive quae pondere, numero, mensurave constat, ita alicui gratis datur ut eius

---

(7) Prolog. ad 5. Partit. (8) Tit. 1. & seq. P. 5. & l. 2. tit. 16. lib. 5. Rec. Cast.

eius fiat, ea lege ut tantumdem ex eodem genere restituat, mutuum dicimus. (1)

Potest mutuum dare quicumque alienare potest: id est omnis ille qui liberam rerum suarum administrationem habet. (2)

Ii vero non filiis familias, nisi consentiente patre; aliter enim pecunia data repeti non potest. (3)

Neque etiam potest dari tam maioribus quam minoribus, sive in aliqua potestate existant sive non, dum solutionem promittunt ad tempus quo matrimonium contrahant, vel hereditatem adquirant, aut redditus augmentum consequantur. (4)

His enim in casibus obligatio contracta est ipso iure nulla, sicut fideiussio si interveniat; mutuantique datum repetere prohibetur. (5)

Si in mutui datione dies solutioni adiectus est, eo die reddendum, si autem nullus, decem dies debitori conceduntur à numeratione sibi facta. (6)

§. II.
DE COMMODATO.

Commodatum est contractus, quo res non fungibilis gratis utendo ita datur, ut finito usu eadem species restituatur. (1)

A mutuo itaque differt, partim quod hic res sit non

---

(1) l. 1. tit. 1. Partit. 5. (2) l. 2. eod. tit. (3) l. 4. eod. & 22. tit. 11. lib. 5. Rec. Cast. (4) dict. l. 22. tit. 11. lib. 5. Rec. Cast. (5) Ead. l. 22. (6) ll. 2. & 8. tit. 1. Partit. 5. (1) ll. 1. tit. 1. & 1. tit. 2. P. 5.

non fungibilis, in mutuo vero fungibilis; partim quod hic usus, ibi dominium transfertur. (2)

In hoc etiam contractu si mercedem sibi quis stipuletur pecuniariam, transibit in locationem conductionem: sin aliam rem, in contractum *do ut des*. (3)

Si commodatarius rem commodatam aliis usibus adhibuerit invito domino, furtum usus committet. (4)

Cumque commodum ex hoc contractu ordinarie sit penes solum commodatarium, non est dubium quin usque ad culpam levissimam teneatur. (5)

Non vero ad casum fortuitum, nisi vel culpa commodatarii accedat, vel pactum, aut mora interveniat. (6)

Finito demum usu res restitui debet neque compensationi, aut retentioni erit locus, nisi propter expensas necessarias in eademmet re factas. (7)

§. III.
DE DEPOSITO.

DEpositum est contractus quo quis alteri rem mobilem ita gratis custodiendam tradit, ut quandocumque deponenti placuerit eamdem in specie restituat. (1)

In hoc ergo contractu, nec dominium nec usus, sed

(2) dict. l. 1. tit. 1. P. 5. (3) l. 1. tit. 2. P. 5. (4) l. 3. tit. 14. Part. 7. (5) ll. 2. tit. 2. P. 5. & 11. tit. 33. P. 7. (6) l. 3. eod. tit. 2. (7) l. 9. eod. tit. 2. P. 5. (1) Proem. & l. 1. tit. 3. Partit. 5.

sed sola rei custodia transfertur. (2)

Nec in eo merces intercedere debet, alias enim in locationem conductionem, vel in contractum innominatum degenerabit. (3)

Cum vero hic contractus non nisi cum amicis ineatur, infamiam meretur dolus, lataque culpa depositarii. (4)

Non tamen tenetur de levì, aut levissima culpa, multoque minus de casu fortuito, nisi in casibus à iure exceptis. (5)

Depositum hactenus descriptum dicitur simplex: aliud namque est quod miserabile vocant, & fit ob tumultum, incendium, ruinam, naufragium cet. (6)

Hoc id singulare habet, quod si dolus depositarii in eo pelluceat, ad dupli restitutionem teneatur. (7)

Aliud quoque depositi genus est seqüestrum, sive rei controversae apud tertium securitatis gratia legitime facta depositio. (8)

Depositarius rem restituere tenetur quandocumque deponenti libuerit, nisi de seqüestro fiat sermo, neque compensantionem, aut retentionem etiam propter impensas potest intentare. (9)

§.

(2) l. 5. eod. tit. (3) l. 2. eod. (4) l. 8. dict. tit. 3. P. 5. (5) l. 3. eod. (6) dict. l. 8. (7) ead. l. 8. (8) l. 1. in fine eod. tit. (9) l. 5. tit. 3. P. 5.

§. IV.
DE PIGNORE, & HYPOTECA.

Pignus pro ut hic sumitur, est contractus quo res à creditore datur in securitatem crediti, ea lege ut soluto debito res in specie restituatur. (1)

Igitur ex hoc contractu non usus transfertur, sed possessio, quae sola securitatem praestare potest, id que mediante traditione. (2)

Cumque hunc effectum producant omnes res quae pretium habent, eaedem pignori dari possunt, sive corporales sint, sive incorporales. (3)

Non autem res sacrae, utpote commercio exemptae, nec res alienae inscio, aut invito domino. (4)

Quando vero res non traduntur, sed tantum creditori obligantur in securitatem debiti, tunc contractus *hypoteca* nominatur. (5)

Haec vel generalis est, cum universa debitoris bona obligantur; vel specialis cum una, vel plures res in specie. (6)

Dum primo modo constituitur, non solum bona praesentia, sed etiam futura intelliguntur obligata, eaque sive immobilia sint, sive mobilia, corporalia, aut incorporalia. (7)

Non

---

(1) l. 1. tit. 13. Partit. 5. (2) l. 1. eod. tit. 13. P. 5. & arg. l. 20. eod. (3) l. 2. dict. tit. (4) ll. 1. & 2. tit. 14. P. 1. 63. tit. 18. P. 3. 3. tit. 13. P. 5. & 10. tit. 2. lib. 1. Rec. Cast. ac l. 9. tit. 13. P. 5. (5) l. 1. eod. tit. 13. P. 5. (6) arg. ll. 2. & 6. eod. tit. (7) l. 5. tit. 13. P. 5.

Non tamen veniunt in hac generali obligatione res quotidiani, & necessarii usus, veluti servus, vestes communes, cet. (8)

Hypotecae species quatuor inveniuntur, nempe conventionalis, quae & expraessa, tacita, quae & legalis, praetoria, & iudicialis. (9)

In prima expraessa partium conventione, in secunda, ministerio legis in bonis debitoris etiam inviti, creditori ius adquiritur. (10)

In praetoria vero, & iudiciali creditor in possessionem bonorum mittìtur auctoritate iudicis. (11)

Hypotecam tacitam habent omnes illi cui id expraese à iure indulgetur, quorum praecipui interroganti explicabuntur. (12)

Creditori licere rem oppignoratam vendere, debitore non solvente, extra omnis dubitationis aleam positum arbitramur.

Inutile enim foret pignus, neque ullam securitatem praestaret, si nunquam liceret illud distrahere.

Quamvis autem hoc verum sit, ratione modi distractionis distinguendum est: an accesserit pactum de distrahendo pignore; an pactum ne pignus distrahatur; an plane nihil de ea re inter se pacti sint debitor & creditor. (13)

In

---

(8) l. ead. (9) ll. 1. tit. 13. P. 5. 1. & 2. tit. 8. P. 3. 1 2. & 3. tit. 11. lib 4. Rec. Cast. (10) ead. l. 1. tit. 13 P. 5. (11) dict. ll. (12) ll. 23. & sequent. eod. tit 13. P. 5. & l. 8. tit. 18. lib. 9. Rec. Cast. (13) ll. 41. & 42. eod. tit. 13 P. 6.

In primo casu etiam si solutioni dies adiectus fuerit, non sufficit venisse diem, ut venditio pignoris fiat, sed necessaria est denuntiatio debitori facienda si praesens est, vel ejus domesticis, si fuerit absens. (14)

Attamen si denuntiatio ex iusta causa impediatur, poterit tunc creditor pignus vendere, sed non aliter quam in auctione. (15)

Si in conventione contrahentes sint pacti, ne pignus distrahatur, pactione insuper habita vendi poterit. (16)

Non vero id fieri debet nisi in auctione, & duobus elapsis annis post trinam denuntiationem. (17)

Si autem de vendendo pignore non est conventum, tunc post duodecim dies, si pignus mobile, vel triginta si immobile ex quo facta fuerit denuntiatio numerandi, potest creditor in auctione etiam pignus distrahere. (18)

Non tamen esset licitum si contrahentes paciscerentur, ut si iusto tempore debitum solutum non fuerit pignus creditori adquiratur. (19)

AD TIT. XVI. USQUE AD XX.

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS.

NUlla inter nos hodie reperitur obligatio, quae ver-

(14) l. 41. eod. tit. (15) ead. l. (16) l. 42. eod tit. 13. P. 5. (17) ead. l. 42. (18) dict. l. 42. in princ. (19) l. 12. eod. tit.

verba solemnia pro forma requirantur (1)

Ex eo enim solum quoquo modo adpareat voluisse quemquam quoquomodo se obligare, obligatio iure nostro consistit. (2)

Nullam igitur inter promissionem simplicem, pactum, & stipulationem differentiam agnoscimus. (3)

Promissio itaque iuxta hispani iuris placita est contractus, quo quis se obligat ad aliquid dandum, vel faciendum. (4)

Cumque voluntas se obligandi plana & manifesta, sit in hoc contractu potissimum, robur obtinebit contractus, sive verbis, sive litteris, sive nutu consensus exprimatur. (5)

Non ergo obstat contrahentium absentia, nec quod promissio in favorem tertii facta sit. (6)

Promissiones vero hucusque descriptae vel pure sunt, vel conditionales, aut in diem. (7)

Cum primo modo fiunt, res promissae statim debentur, & peti possunt, nisi tempus tacitè insit. (8)

Id vero ita debet intelligi, ut promittenti tantum supersit spatii, quantum de re comparanda laborare possit, quod arbitrio iudicis aestimatur. (9)

Si conditio posibilis adiecta est, nulla nascitur obligatio, nisi existente conditione: si vero imposibilis, promissio vitiatur ex defectu consensus. (10)

C Pro-

(1) l. 2. tit. 16. lib. 5. Rec. Cast. (2) l. 2. tit. 16. lib. 5. Rec. Cast. (3) arg. dict. l. (4) l. 1 tit. 11. Partit. 5. (5) arg. l. 2. tit. 16. lib. 5. Rec. Cast. (6) arg. dict. l. (7) l. 12. tit. 11. P. 5. (8) l. 13. eod. tit. (9) ead. l. 13. (10) ll. 12. & 14. eod. tit.

Promissio facta in diem certum peti non potest, nisi veniente die. (11)

Haec dies iure nostro intelligitur venisse cum promittitur singulis annis, hispanice *cada año*, in fine anni: cum vero ad singulos annos, id est, *para todos los años*, in initio cuiuslibet anni. (12)

Dies demum incertus de quo an extiturus sit ignoratur, in iure pro conditione habetur. (13)

Ut promissio sit valida respectu promittentis requiritur consensus, & facultas de suis rebus liberé disponendi. (14)

Hinc defectu prioris conditionis inutiles sunt promissiones factae ab infantibus, furiosis, mentecaptis, surdis, simulque mutis. (15)

Defectu posterioris promittere nequeunt pnpilli, & minores sub tutella & curatella constituti, prodigi, cui bonis interdictum, cet. (16)

In accipiente vero promissionem, sufficit si iudicium habeat, quo alterum obligatum habere cognoscat. (17)

Promitti possunt res omnes quae sunt in commercio, quamvis non existant, dummodo possint existere. (18)

Non vero res imposibiles, sive à natura, sive à bonis moribus, sive á legibus imposibilitas proveniat. (19) Qu-

---

(11) ll. 14. & 17. eod. (12) l. 15. dict. tit. 11. P. 5. (13) dict. l. 12. (14) ll. 2. & 4. 28. & 31. tit. 11. P. 5. & arg. l. 2. tit. 16. lib. 5. R. C. (15) l. 4. eod. tit. 11. P. 5. (16) l. 5. eod. (17) arg. ll. 7. & 8. eod. tit. (18) l. 20. eod. (19) l. 21.

Quando duo aut plures promittunt, si expraesse in solidum non obligantur, ipso iure divissa obligatio est, ac prorata unusquisque solvere debet. (20)

AD TIT. XXI.
DE FIDEIUSSORIBUS.

Fideiussio est contractus, qno quis se obligat ad aliquid pro altero praestandum, nisi ille praestiterit. (1)

Qui hanc obligationem contrahit *fideiussor*; pro quo hic obligatur, proprie *reus principalis* nominatur. (2)

Fideiussorcs possunt se obligare vel expraesse prorata, vel simpliciter, vel demum in solidum, id est, pro toto debito. (3)

Si primo modo fideiusserint, numquam nisi partem debiti, quae illis contigerit solvere tenebuntur. (4)

In secundo casu quamvis ipso iure divissa sit obligatio; si omnes non sint solvendo, pro non solventis parte coeteri obstringentur. (5)

In tertio demum cum fideiussores expraesse in solidum obligati sunt, potest creditor à quo voluerit totum debitum exigere. (6)

Non vero nisi prius excussus sit debitor principalis, ac in parte, vel in toto non solvendo reperiatur. (7)

Attia

---

(20) l. 1. tit. 16. lib. 5. Recop. Cast. (1) Prol. & l. 1. tit. 12. P. 5. (2) tot. tit. 12. P. 5. (3) l. 8. eod. (4) arg. l. 2. tit. 16. lib. 5. Rec. Cast. (5) ll. 1. tit. 16. lib. 5. R. Cast. & 9. tit. 12. P. 5. (6) ead. l. 1. tit. 16. lib. 5. Rec. Cast. & 10. tit. 12. P. 5. (7) l. 9. eod. tit.

Attiamen hoc beneficio, quod ordinis vel excussionis adpellant uti fideiussores non possunt, si reus principalis manifesto solvendo non sit, aut illi renuntiaverint. (8)

Cumque etiam iustum sit, ut qui pro alio solvit indemnitatem consequatur, hinc fideiussori in solidum suo nomine solventi indulgetur, ut non prius solvere teneatur, quam creditor ei iura, & actiones adversus debitorem, & confideiussores cesserit. (9)

Hoc beneficium quod cedendarum actionum dicitur, hispanice *carta de lasto* adpellatur.

Prohibentur esse fideiussores Episcopi, Regulares, Milites, & servi, qui peculium non habent, coeterique, qui libera rerum suarum administratione carent. (10)

Clerici in sacris ordinibus constituti ad fideiubendum non debent admitti, nisi pro aliis Clericis, aut pro Ecclesia, vel pauperibus. (11)

Agricolis etiam non aliter permittitur fideiubere, quam pro aliis agricolis, quin possint huic beneficio renuntiare. (12)

Mulierum fideiussio nullius momenti in iure declaratur, id que attenta sexus imbecillitate, (13)

Saepius vero ipsis conceditur, veluti favore libertatis, aut dotis, vel si in rem suam fideiusserint, aut pretium pro fideiussione acceperint, cet. (14)

Si-

---

(8) ead. l. 9. Febr. Cap. 4. §. 5. num. 127. (9) l. 11. tit. 12. P. 5. (10) l. 2. eod. tit. (11) l. 45. tit. 6. P. 1. (12) ll. 25. cap. 5. & 28. tit. 21. lib. 4. Recop. Cast. (13) l. 2. in fine tit. 12. P. 5. (14) l. 3. eod.

Similiter robur habebit fideiussio si mulier certior facta de privilegio suo ei sponte renuntiaverit. (15.)

Pro viris autem suis, aut simul cum ipsis fideiubere, uxoribus expraesse prohibetur, nisi obligatio debitum fisci respiciat. (16)

Fideiussor potest magis se obligare, quam debitor principalis, sed non in maius, sive in duriorem causam, veluti si plus promittat ratione rei, loci, temporis, vel qualitatis obligationis. (17)

Id vero intelligendum vi fideiussionis; nam si voluntas se obligandi adpareat, tenebitur fideiussor vi promissionis. (18)

Fideiussionum species plurimae enumerantur, totque possunt distingui, quot fines quo diriguntur.

Omnes enim debitores cavere fideiussoribus tenentur, si creditores id expostulent tempore celebrationis contractus. (19)

Postea vero, non nisi in casu quo debitor bona sua dilapidare incipiat, aut in exteras regiones proficisci paratus sit. (20)

AD TIT. XXII.
DE LITTERARUM OBLIGATIONIBUS.

OBligatio ex litteris datur cum chirographo quis ex

---

(15) ead. l. 3. (16) l. 9. tit. 3. lib. 5. Recop. Cast. (17) ll. 5. & 7. tit. 12. P. 5. (18) l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. Cast. (19) l. 2. tit. 18. lib. 3. For. Reg. (20) ead. l. in fine.

ex mutuo se debere confessus est, eumque intra biennium non retractavit, qua propter conveniri potest, etiam si pecuniam non acceperit. (1)

Fundamentum itaque huiusce obligationis sunt solae litterae intra biennium non retractatae. (2)

Ex ipsis enim fortissima nascitur praesumptio, quod debitor revera pecuniam acceperit, cum credibile non sit quemquam fore tam stolidum ut chirographum, quod in spem numerandae sibi pecuniae dedit, ea non numerata ultra biennium in manibus creditoris relicturus sit.

Hinc debitor ante biennium tenetur allegare pecuniam haud esse numeratam, creditorique incumbit probare numerationem esse factam. (3)

Post biennium etiam admitittur exceptio non numeratae pecuniae, sed onus probandi debitori incumbit. (4)

Executio vero parata ob chirographum recognitum non suspendetur, quinpotius ad effectum est perducenda, nisi debitor intra decem probationis dies possit exceptionem probare. (5)

Si autem statutis diebus probare non possit, solvere erit compellendus, etiam si defectu temporis probationibus careat. (6)

Id tamen aequitati non repugnat cum creditor teneatur hoc casu cautionem legis 2. tit. 21. lib. 4. R. C.

---

(1) l. 9. tit. 1. Partit. 5. (2) l. ead. (3) l. ead. (4) l. 184. Stili (5) ll. 2. 3. 5. & 19. tit. 21. lib. 4. Recop. Cast. (6) dict. ll. & praecipue 2. & 3.

Cast. praebere vulgo *de la Ley de Toledo* nuncupatam, qua solutum restituturum creditor promittit, si reus in iudicio ordinario exceptionem probaverit. (7)

AD TIT. XXIII.
DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

CONtractus consensuales non inde nomen accipiunt quod consensum requirant, sed quod eo solo subsistant.

Tales sunt emptio venditio, locatio conductio, emphyteusis, sosietas, & mandatum.

AD TIT. XXIV.
DE EMPTIONE VENDITIONE.

EMptio venditio est contractus consensualis de re pro certo pretio tradenda. (1)

Igitur contractus hic consensu perficitur, rei traditione consummatur: an verò dominium transferatur necne, in hoc contractu non quaeritur. (2)

Ergo ad substantiam huius contractus pertinent: consensus, res, vel merx de qua consentitur, & pretium in quod uterque consentit.

Perfecta itaque erit emptio venditio, simulac de pretio rei conventum est. (3)

Hoc autem obtinet nisi inter contrahentes paciscatur ut emptio venditio in scripto celebretur: tunc enim non nisi omnibus partibus absoluta scriptura, per-

---

(7) dict. l. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. Cast. (1) l. 1. tit. 5. P. 5.
(2) l. 1. & arg. l. 19. eod. tit. (3) ll. 6. & 61. eod.

perfectus **habetur contractus.** (4)

Arrha dari potest á contrahentibus, vel antequam perficiatur contractus, vel perfecto iam in signum perfectionis, aut in partem pretii. (5)

In priore casu si emptorem poenitet, arrham amittit, ut inconstantiae suae poenam sentiat: si venditorem, duplum ob eamdem causam constituere tenebitur. (6)

Ubi vero perfecta est emptio, poenitentiae nulla est facultas, nisi arrhae in hoc casu datae sint in poenam volentis à contractu resilire. (7)

Consensui ad emptionem venditionem requisito obstant metus, & vis, dolus, & error.

Igitur emptio venditio vi, aut metu gravi extorta ipso iure nulla est. (8)

Dolose autem facta plerumque inficiabitur, nisi venditor duntaxat pretii suplementum petat. (9)

Denique error cum est substantialis contractum facit irritum, cum vero est accidentalis subsistit emptio, ita tamen ut erranti detur actio quanti minoris ad emmendandum damnum. (10)

Quod ad secundum emptionis venditionis requisitum adtinet, omnes res, quae sunt in commercio vendi possunt, sive iam extent, sive valeant existere. (11)

Hinc & quae industriae vi extiturae sperantur, veluti

---

(4) dict. l. 6. (5) l. 7. eod. (6) dict. l. 7. in princ. (7) ead. l. 7. in fine, & 2. tit. 10. lib. 3. For. Reg. (8) ll. 3. & 56. eod. tit. 5. P. 5. (9) l. 57. eod. tit. & 2. tit. 11. lib. 5. R. Cast. (10) ll. 20. & 21. tit. 5. P. 5. (11) ll. 11. & 12. tit. 5. P. 5.

liti captus piscium, fructusque foeneratae pecuniae emi, vendi que posse Romani credidere, nonnullique, & non immerito cencent nostrates. (12)

Recte etiam venduntur res incorporales, veluti servitus, actio, ius venandi, cet. Immo & res alienae in comercio sunt, & venire possunt.(13)

Non quia ea emptio praeiudicio esse possit domino, quippe cui ius integrum manet rem vindicandi, sed quia ex ea emptione obligatio, & actio nascitur inter emptorem, & venditorem. (14)

Res vero sacrae, publicae, & merces etiam specialibus legibus prohibitae, & *contrabando* dictae, veluti extra commercium privatorum positae, sunt cencendae. (15)

Licet omnes qui possunt se obligare, & de rebus suis disponere hunc contractum valeant inire, tamen reperiuntur nonunlli, quibus etsi emere vendere fas sit, eis à iure mercaturam excercere prohibetur. (16)

Praecipui sint Clerici omnes etiam si beneficio careant, aut per alium negotiationem facere velint. (17)

Simile interdictum habent Pro reges, Praesides, & Gubernatores Provinciarum, nec non Auditores, Regiique officiales cet. (18)

(12) Nafarrondo Aug. commer. pars 3. §. 2. dict. l. 11. tit. 5. P. 5. (13) ll. 13.& 19. eod. tit. & 6. tit. 10. lib. 3. For. Reg. (14) eaed. ll. (15) ll. 2. tit. 14. & 3. tit. 13. P. 1. 15. tit. 5. P. 5. & 8. tit. 10. lib. 3. For. Reg. (16) l. 2. eod. tit. 5. P. 5. (17) Clemens. IX. in Bulla *Solicitudo* 17. Iun. 1669. l. 33. tit. 14. lib. 1. Recop. Ind. & Reg. Sched. 2. Decembr. 1672.

Id tamen non procedit in provissione rerum ad suam habitationem, victum, & vestitum necessariarum. (19)

Tertium denique essentiale huius contractus requisitum est pretium, quipe sine quo non emitur, nec venditur. (20)

Quamvis vero alias usu vulgari pretium vocetur omne id quod pro re aliqua datur, tamen proprie acceptum vocabulum significat tantum, pecuniam numeratam, quae in emptione pro re solvi debet. (21)

Ex eo igitur fluit differentia inter emptionem, & permutationem: si enim pro re datur pecunia numerata, erit *emptio*, sin res pro re, *permutatio*. (22)

Pretium ab emptore praestandum debet esse verum, iustum, & certum.

Verum erit cum non datur simulate, seu animo donandi, vel in tam parva quantitate ex qua fraus etiam coniici possit. (23)

Iustum rerum pretium quamvis ubi per leges non est definitum aliquam admittat latitudinem, tamen cum laessio sit enormis, vel ultra dimidiam, aut rescinditur contractus, aut pretium supplendum est. (24)

Et hoc quidem etiam si emptio celebrata sit in auctione, dummodo actio intra quadriennium instituatur. (25)

Si

---

(18) l. 5. tit. 5. P. 5. l. 54. cum seq. tit. 16. lib. 2. Rec. Ind. & 17. tit. 16. lib. 9. Rec. Cast. (19) dict. l. 5. tit. 5. P. 5. 63. tit. 16. lib. 2. & 29. tit. 15. lib. 8 Rec. Cast. (20) ll. 1. & 10. tit. 5. P. 5. (21) Prol. & l. 1. tit. 6. P. 5. l. 1. tit. 11. lib. 3. For. Reg. (22) eaed. ll. (23) arg. l. 10. tit. 5. P. 3. (24) ll. 56. eod. tit. & 1. tit. 11. lib. 5. Rec. C. (25) ead. l. 1.

Si vero laessio sit infra dimidiam, nulla dabitur actio, nisi interveniat dolus, aut laessus sit minor.(26)

Certum demum esse oportet pretium, vel ex conventione partium, vel per relationem ad aliud: v. g. vendam quanto emi, aut quantum pecuniae mihi in arca erit, vel quantum à Titio aequum iudicabitur. (27)

Periculum & commodum rei venditae tam iure naturae, quam hispano ad emptorem pertinet. (28)

Itaque si res vendita sit, sed nondum tradita, & illa casu pereat, aut incrementum aliquod recipiat, perit, vel augetur emptori. (29)

Aliter vero esset dicendum si venditoris dolo, culpa ve lata, aut levi res perierit, aut casum in se susceperit, vel in mora fuerit. (30)

In contractu emptionis venditionis solvendum est vectigal hispanice adpellatum *alcabala*, nisi vel venditor, vel res vendita ab hoc onere sit immunis. (31)

Tales sunt Ecclesiae, Monasterii, & Clerici omnes in sacris ordinibus constituti, nisi lucri causa negotientur, quo casu solutioni vectigalium velut laici erunt obnoxii. (32)

Attamen si cum Clerici, aut communitates fructus su-

---

(26) l. 2. tit 11. lib. 5. Rec. Cast. (27) ll. 9. & 10. tit. 5. P. 5. (28) l. 23. eod. tit. (29) l. ead. (30) dict. l. 23. 27. 39. eod. tit. 5. P. 5. (31) ll. 1. & 2. tit. 13. lib. 8. Recop. Ind. & 1. tit. 17. lib. 9. Recop. Cast. & Reg. Sched. 5. Feb. 1730. (32) ll. 6. & 7. tit. 17. lib. 9. Recop. Cast. & 17. tit. 13. lib. 8. Rec. Ind. Reg. Sched. 14. Octobr. 1785.

suos optima aestimatione possint vendere in territoriis ubi colliguntur, aliis locis illos exportant, ut pluris veneant; vectigal hoc casu persolvere tenentur. (33)

Indi etiam in propriis negotiationibus à vectigalibus sunt soluti, secus vero, si hispanorum, aut aliorum huic iuri obligatorum res vendant. (34)

Res demum immunes sunt libri in lingua latina, aut vernacula scripti, pecunia, equi strati, cet (35)

Ex fundis ad aedificia construenda venditis, dimidium vectigalis solum deberi concessum est, ornatui, & pulchritudini civitatum consulendo. (36)

ADPENDIX
DE REBUS QUARUM COMMERCIUM A IURE PROHIBETUR, ATQUE SUB VULGARI NOMINE *CONTRABANDO* INTELLIGUNTUR.

Summi Imperantis officium praecipuum, si ius gentium audimus est, populi cuius est nactus regimen saluti, ac felicitati consulere.

Uti autem totum regìmen ad Principem spectat, ita etiam ab eius iudicio dependet ea quae necessaria aut utilia reipublcae fuerint definire, & in effectum deducere.

Cum ergo nemini dubium sit, quin ad necessitatem, utilitatemque reipublicae quam maxime pertineat, ut legibus certis, quae vel exportanda è regione sunt, vel

(33) Dict. Reg. Sched. 14. Octob. 1785. (34) l. 24. eod. tit. 13. lib. 8. Rec. Ind. (35) l. 20. eod. tit. (36) Reg. Sched 21. Aug. 1777.

vel admittenda ab exteris definiatur; haec etiam potestas Imperantibus salva respublica non potest denegari.

Hinc Principis erit statuere quas merces, vel per mare suum vehi, vel provinciis suis inferri, vel iisdem exportari velit.

Interest enim reipublicae ne exteri commerciorum obtentu quaestui insistant, cives divitiis expolient, luxu aliisque vitiis illos inficiant, seque ipsos vel hostes rebus nostris potentiores, opulentioresque reddant.

At merces eiusmodi quarum commercium à Principe prohibetur vocantur *contrabando*, à vocabulo *bando*, quod idem est ac *bannum*.

Unde *contrabando* nihil aliud est: quam extractio, vel introductio rerum quarum commercium summi Imperantes publica lege prohibuerunt.

Sub hoc ergo nomine generaliter venit commercium omne cum hostibus, & quarumdam rerum extractio, vel introductio.

Itaque nefas in primis habetur hostibus deferre omnia arma ignivoma, eorumque adparatus qualia sunt tormenta, bombardae granatae, cet. (1)

Quin etiam & triticum, hordeum, & reliqua quae ad victum pertinent, hostesque reddere potentiores valent. (2)

Venena etiam publici fieri commercii vetatur, quod facile his rebus ad veneficia, mortemque voluntari-

---

(1) ll. 22. tit. 5. Part. 5. 1. tit. 2. P. 7. 1. & 48. tit. 18. lib. 8. Recop. Cast. (2) eaed. ll.

tariam abuti soleat malitia hominum (3)

Inter res quarum exportatio severissime interdicta est principem locum obtinent aurum, atque argentum, necnon omnes pecudum species, sericum, gosipium, lana aliaeque primae materiae artificibus necessariae. (4)

Cum vero aequum sit omne id quod vel exteros ditiores facere, nostrosque ad ignaviam & aegestatem impellere, vel aliud detrimenti genus inferre potest vetare: hinc plurimarum rerum introductio in Regna Hispaniae sapientissime interdicitur. (5)

Tales sunt quaecumque exterorum merces, quae ab hispanis artificibus fabricantur, materiaeque in nostris Provinciis abundantes. (6)

Metalla etiam adulteratae compositionis, vestes sartae, & omnia quae contagii suspicione laborant. (7)

In America vero nonnulla ad nos importari permittitur è Sinarum Regno, ob Insularum Philipinarum societatem. (8)

Prohibita etiam est negotiatio illis rebus facta quae regio patrimonio addictae sunt, veluti herva nicotiana, pulvis igniarius, pagellae lussoriae hispanice: ta-

---

(3) l. 17. tit. 5. Part. 5. (4) ll. 1. 2. 3. 45. 46. 50. 60. & 62. tit. 18. lib. 6. Rec. Cast. Reg. Sched. 17. Iun. 1783. (5) ll. 60. & 62. tit. 18. lib. 6 R. C. (6) Sen. Cons. 14. & 15. tit. 18. lib. 6. Rec. Cast. & ll. 49. 59. & 64. eod. tit. & lib. Rec. Cast. & Reg. Sched. 14. Nov. 1771. (7) ll. 53. 55. 59. 60. & 61. tit. 18. lib. 6. R. C. (8) l. 1. tit. 45. lib. 8. Rec. Ind. Reg. Sched. 22. Sept. 1793. & 6. Nov. 1802. art. 10.

tabaco, polvora, naypes. &c. (9)

Vectigalium quae mercibus quibuscumque imponuntur defraudatio, *contrabando* nominatur, atque inter illius species communiter recensetur. (10)

Si quis ergo merces etiam liciti commercii invexerit, aut evexerit, quin eas Teloniorum Ministris patefaciat, animo defraudandi vectigalia, ponas illicitis mercatoribus impositas solvet. (11)

Poenae verò non eaedem sunt: qui enim hosti maxime obsidione cincto & deditione proximo necessaria sufficeret, extremo suplicio merito adficeretur. (12)

Similem aut mitiorem poenam leges comminantur illis, qui cum gente hostili negotiantur, aut res vetitas dolose vendunt, ea tamen iuxta delicti gravitatem, & circunstantias infligitur. (13)

Saepe enim verbera, exilium, vel mulctam denique pecunariam eiusmodi negotiatoribus leges connentibus; propositam animadvertimus. (14)

Praecipuum tamen locum sibi vindicat poena confiscationis vulgo de *commiso*: omnes enim merces, quae vel contra leges vehuntur, vel de quibus non solvuntur

---

(9) Reg. Instr. 19. Iul. 1768. l. 15. tit. 23. lib. 8. Rec. Ind. (10) l. 1. & 5. tit. 7. P. 5. & l. 9. tit. 27. lib. 9. Rec. Cast. (11) ll. 5. tit. 7. P. 5 & R. Sch. 22. Iul. 1761. art. 31. & 32. & 1. cum seq. tit. 17. lib. 8. Rec. Ind. (12) l. 48. tit. 18. lib. 8. R. C. (13) l. 61. tit. 18. lib. 6. R. C. Reg. Sched. 22. Iul. 1761. art. 34. 38. & 39. Reg. Decret. 2. Apr. 1783. (14) dicta Reg. Sched. art. 38. & 39.

tur vectigalia in fiscum rediguntur. (15)

Verum ut ea poena infligatur necesse est dolum intervenire, id est, ut negotiator in sua agendi ratione animum defraudandi fiscum ostendat. (16)

Error itaque iustus excusat, veluti in minoribus, sociis, cet. qui à dolo immunes esse possunt. (17)

AD TIT. XXV. DE LOCATIONE CONDUCTIONE.

ALter contractus qui consensu initur est locatio conductio, in quo de usu rei ad certum tempus, vel opera pro certa mercede praestandis paciscitur. (1)

Est ergo locatio conductio, vel rerum quando rei usus, vel operarum, quando operae illiberales praestantur, vel operis, quando opus conficitur pro certa mercede. (2)

Hinc magna inter emptionem venditionem, & hunc contractum similitudo intercedit, adeoque tria ad eius quoque substantiam pertinent; consensus videlicet, rei usus, vel operae, & merces.

Perfecta itaque erit locatio conductio simul ac contrahentes de mercede convenerint. (3)

Locare conducere possunt omnes quicumque consentire, & de re sua libere disponere possunt, nisi à iure prohibeantur. (4)

Ta

---

(15) Reg. Sched. 22. Iul. 1761. art. 26. Reg. Ordin. 14. Mart. 1807. (16) l. 6. tit. 7. P. 5. (17) dict. l. 7. (1) l. 1. tit. 8. P. 5. (2) dict. l. 1. eod. (3) l. 2. eod. tit. (4) dict. l. 2.

Tales sunt Equites, coeterique qui regio servitio sunt mancipati, quibus omnis, Praesides, Gubernatores, Decuriones, cet. quibus fiscalium, & civitatum rerum condutio est inhibita. (5)

Locari possunt res omnes quae sunt in commercio; operae vero quaecumque honestae, & locari solitae. (6)

Merces itidem consistere debet in pecunia numerata: locatio enim re vel facto pro usu rei, vel opera promissis, degeneraret in contractum innominatum *facio ut des*, vel *facio, ut facias*. (7)

In hoc contractu sicut & in emptione venditione, mercedem oportet esse veram, alias enim magis esset denatio: iustam, quia alias alteruter contrahentium ob laessionem ultra dimidium ad resindendum contractum agere posset; & certam, vel per se, vel per relationem in alterius arbitrium. (8)

Debet itaque aestimari ex loci consuetudine, vel partium conventione, nisi à lege sit definita. (9)

Solvi etiam debet statuto tempore; si vero de hoc inter contrahentes non fuerit sermo, in fine anni solutio facienda est. (10)

Operariorum vero, & opificum salaria singulis diebus debent solvi, si ipsi velint. (11)

Locatori cui praefinito tempore merces non sol-

 vitur

(5) ead. l. 2. & ll. 12. tit. 4. lib. 3. & 3. tit. 5. lib. 7. & 4. 5. 7. & 9. tit. 10. lib. 9. Rec. Cast. (6) l. 3. tit. 8. P. 5. (7) l. 1. eod. tit. (8) dict. l. 1. & ll. 1. 2. & 3. tit. 11. lib. 5. Rec. Cast. (9) l. 4. eod. tit. 8. P. 5. (10) ead. l. 4. (11) l. 4. tit. 11. lib. 7. R. C.

vitur, ius est conductorem rei usu expoliandi: quin etiam, si res elocata sit domus, aut fundus in bonis ibi contentis, tacita ei competit hypoteca. (12)

Si vero conductor in solvenda mercede adcuratus fuerit, non potest expelli, nisi in casibus á iure expraessis. (13)

Conductor etiam, si aliquo casu fructus ex re locata percipere non potuerit, merces cessare debet: si vero aliquos percepit, aut pensionem integram, aut fructus collectos tradere debet, deductis expensis. (14)

Locator demum ex hoc contractu vectigal *alcabala* nominatum solvere tenetur, si tempus conductionis decem annos excedat. (15)

ADPENDIX I.
DE EMPHYTEUSI.

EMphyteusis est contractus consensualis de dominio utili rei immobilis in perpetuum, vel ad tempus non modicum, pro certo annuo canone in agnitionem dominii directi concedendo. (1)

Licet scriptura ad huius contractus valorem requiratur, ob id tamen non est litteralis adpellandus. (2)

Iura emphyteutae sunt omnes rei fructus percipere, de reque disponere, sive alienare. (3)

Venditio vero fundi emphyteutici fieri non debet inconsulto domino directo, alias in commissum cadet. (4)

Id

---

(12) l. 5. eod. tit. 5. P. 5. & ll. 4. & 9. tit. 17. lib. 3. F.R. (13) l. 6. eod. tit. 8. P. 5. (14) l. 22. eod. tit. (15) Reg. Sch. 21. Aug. 1777. (1) l. 28. tit. 8. P. 5. (2) ead. l. 28. (3) ll. 28. & 29. eod. tit. 8. P. 5. (4) dict. l. 28. in fin.

Id autem non ita intelligendum ac si domini consensus requiratur, sed quia ei leges concedunt ius retractus, vulgo *tantèo*, ideoque deliberare debet, velit ne ipse rem emere, an nolit. (5)

Hinc si dominus emere nolit, aut intra duos menses voluntatem non declaret, integrum est emphyteutae rem pro lubito vendere. (6)

In hoc vero casu quinquagessima pars pretii domino est solvenda, talisque praestatio laudemium adpellatur. (7)

ADPENDIX II.
DE CENSIBUS.

CEnsus generatim est: ius percipiendi annuum redditum, seu pensionem, procedens é translatione dominii rei alicuius, vel quantitatis in eum, qui praestat redditum.

Huius species sunt tres: alius enim dicitnr emphyteuticus, de quo supra: alius reservativus, & consignativus alter.

§: I.
DE CENSU RESERVATIVO.

REservativus datur cum quis alteri rei alicuius immobilis dominium directum, & utile tradit, reservata sibi annua pensione.

Constituitur hic census, non solum conventione, sed etiam testamento, & utroque modo potest esse, vel perpetuus, vel redimibilis. (1)

Re-

(5) dict. l. 29. eod. tit. (6) ead. l. 29. (7) ead. l. 29. (1) arg. l. 4. 7. tit. 15. lib. 5. Rec. Cast.

Redimitur autem sive extinguitur solvente debitore quantitatem quae pro eo redimendo conventa fuerit, aut quae á Iudice aestimetur.

Quia vero haec redemptio vera venditio est iuris percipiendi pensionem solutioni vectigalis obnoxia erit. (2)

Licet autem hic census in principio non sit contractus emptionis venditionis; attamen ex speciali iuris dispositione vectigal debet, sicut etiam consignativus, & emphyteuticus. (3)

§. II.
DE CENSU CONSIGNATIVO.

HIc census est emptio, qua quis dato certo pretio super bona alicuius immobilia, adquirit ius percipendi annuum redditum, manente venditore domino rei. (1)

Adpellatur consignativus, quia constituitur, seu consignatur in rebus eius, qui illum concedit, quin dominium amittat, tam utile, quam directum.

Potest esse vel perpetuus, vel temporalis: primusque etiam irredimibilis, vel redimibilis, & *censo al quitar* vulgo dicitur. (2)

Temporalis aliquando certum annorum numerum habet determinatum, nonnunquam vero in incertum confertur.

Tria necessaria sunt in hoc censu: nempe, pretium quo emitur, hispanice *capital*: pensio aut redditus, qui solvitur, & res in qua constituitur.

Pro-

---

(2) arg. ll. 1. tit. 17. lib. 9. R. C. & 1. & 2. tit. 13. lib. 8. Rec. Ind. (3) Reg. Sched. 21. Aug. 1777. (1) arg. ll. 1. & 16. tit. 15. lib. 5. R. C. (2) ll. 6. & 7. eod. tit.

Probabilius est pretium in numerata pecunia debere consistere, ut ita fraudibus obvietur. (3)

Necessario vero requiritur ut iustum sit, id est ut pensioni solvendae ex aequo respondeat, & cum eo proportionem habeat. (4)

Haec autem proportio varie aestimata pro temporum, & locorumi dversitate: in Hispania taxata est ad tria, in America vero ad quinque pro centum. (5)

Annuus redditus, seu pensio, non in fructibus, sed in numerata pecunia est solvenda. (6)

Res demum in qua census constituitur, debet esse immobilis, & fructifera (7)

AD TIT. XXVI.
DE SOCIETATE.

SOcietas est contractus consensualis de re, vel operis communicandis lucri in communi faciendi causa. (1)

Potest esse vel universalis quando omnia bona praesentia, & futura communicantur, vel generalis, qdò. ea tantum quae ex quaestu veniunt, vel singularis, qdò. vel unius rei, vel unius negotiationis societas initur. (2)

Quamvis vero hic contractus lucri faciendi causa ineatur, saepesaepius non lucrum, sed damnum contingit. (3) Hinc

(3) arg. l. 8. eod. tit. (4) l. 6. & seq. tit. 15. lib. 5. R. C. (5) ll. 15. & 16. eod. tit. & Reg. Sched. 13. Mart. 1786. (6) l. 4. eod. tit. 15. lib. 5. R. Cast. (7) ll. 1. & 2. tit. 15. lib. 5. Recop. Cast. (1) Proem. & l. 1. tit. 10. Partit. 5. (2) l. 3. eod. tit. Reg. Ord. Bilb. an. 1737 cap. 10. art. 3. (3) dict. l. 3.

Hinc ut vitentur incommoda & littes, quae ex hoc contractu oriri consueverunt statutum est, ut nonnisi per instrumentum publicum celebretur, in quo praeter alia de partibus lucri, & damni paciscatur, & constet quantum quisque in utroque ferat. (4)

Si vero nihil nominatim conventum fuisset, partes, & in lucro, & in damno aequales esse deberent. (5)

Subsistit ergo societas inaequalis, sive in qua alter plus lucri, alter plus damni sentiat, vel in qua unus plus, alter minus de facultatibus suis conferat; immo licet unus rem, alter operas promittat. (6)

Societas vero in qua unus sibi omne lucrum, alter damnum susciperet, leonina merito nominatur, & prohibita est. (7)

In hoc contractu eam diligentiam adhibere debent socii in rebus communibus, quam suis rebus adhibere solent. (8)

Finitur societas morte naturali, aut civili, & quidem vel unius tantum ex sociis. (9)

Disolvitur etiam mutuo dissensu, rei interitu, fine negotii, publicatione, & cessione bonorum, & renuntiatione licet unius. (10)

AD TIT. XXVII. DE MANDATO.

Contractuum qui consensu oblgationem pariunt postre-

(4) Reg.Ord. Bilb. cap. 10. art. 4. (5) dict. l. 3. tit. 10. P. 5. (6) l. 4. eod. (7) dict. l. 4. (8) l. 7. eod. tit. (9) l. 10. eod. tit. (10) ll. 10. 11. & 12. tit. 10. P. 5.

trema species est mandatum, quo negotium honestum ab alio ex fiducia commissum, gratis administrandum, gerendumque suscipitur. (1)

Igitur nec Procuratores tribunalium superiorum, quibus litigatores causas suas mandare coguntur, nec commissionarii inter mercatores, erunt mandatarii proprie dicti, cum utrique habeant salaria taxata, & commissionarium per pactum possint augeri. (2)

Mandatum potest contrahi, non solum mandantis, sed aliena tantum gratia, competetque actio adversus mandatarium, licet mandantis non intersit. (3)

Mandatarius ad praescriptum agere, atque in exequendo mandato cavere debet, ne illius fines egrediatur. (4)

Ea diligentia ei adhibenda est, quae suscepto negotio satis sit: hincque usque ad culpam levissimam potest teneri. (5)

Mandatum finitur mutuo dissensu, revocatione mandantis, morte contrahentium, & renuntiatione à mandatario facta. (6)

Liberum tamen non est mandatario, pro suo libito, & sine iusta causa renuntiare mandato, adhuc re integra. (7)

In mandato iudiciali morte sive mandantis, sive mandatarii ante litem contestatam contingente, extinguitur mandatum (8)

Si

---

(1) l. 20. tit. 12. P. 5. (2) Reg. Ord. Bilb. cap. 13 art. 16. 17. 18. 19. & 20. (3) ll. 20 21. 22. eod. tit. 12. P. 5. & l. 2. tit. 16. lib. 5. R.C. (4) arg. l. 16. tit. 12. P. 5. (5) ll. 26. tit. 5. P. 3. 20. & 21. tit. 12. P. 5. (6) arg. l. 24. eod. & l. 23. tit. 5. P. 3. (7) arg. l. 20. tit. 12. P. 5. (8) l. 23. tit. 5. P. 3.

Si vero mors post litem contestatam advenerit, conceditur mandatum exequi, ac si mandans adhuc viveret. (9)

AD TIT. XXVIII. DE OBLIGATIONIBUS QUAE QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR.

PEr quasi contractus intelligimus: facta honesta, quibus & ignorantes obligantur ex consensu ficto, vel praesunto. (1)

Quia vero leges nihil fingere possunt sine fundamento, huius fictionis est *aequitas, & utilitas.*

Tria itaque reperiuntur principia ex quibus omnium quasi contractuum obligatio, originem ducit.

I. Quisque praesumitur consentire in id quod utilitatem ipsi afert. (2)

II. Nemo praesumitur cum alterius damno se fieri velle locupletiorem. (3)

III. Qui vult quod antecedit, non debet nolle quod consequitur. (4)

Praecipui quasi contractus sunt: negotiorum gestio, tutela, hereditatis, vel rei communis administratio, hereditatis aditio, & indebiti solutio. (5)

Uniuscuiusque naturam, obligationem quam producit, & actiones quaerenti explicabimus.

Ad

---

(9) dict. l. 23. eod. tit. (1) arg. l. 31. tit. 12. Partit. 5. (2) l. 26. eod. tit. (3) l. 28. tit. 14. P. 5. (4) l. 6. tit. 11. P. 3. (5) ll. 26. & seq. tit. 12. P. 5. 2. 6. & 10. tit. 15. P. 6. 3. tit. 9. P. 6. & l. 28. tit. 14. P. 5.

AD TIT. XXIX.
PER QUAS PERSONAS OBLIGATIO ADQUIRITUR.

QUae personae res alias nobis adquirunt, eae etiam adquirunt obligationes: quare cum de illis actum sit Lib. 2. tit. 9. nihil adtinet hic plura addere.

AD TIT. XXX.
QUIBUS MODIS TOLLITUR OBLIGATIO.

SEmel constituta obligatio, vel per exceptionem tollitur, vel ipso iure.

Si prius obligatio non perimitur, nisi exceptione in iudicio opposita: sin posterius, ea tollitur statim vi legis.

Primus modus tollendi obligationem ipso iure, (de his enim tantum hic est sermo) est solutio, sive vera praestatio eius quod in obligatione est. (1)

Ille tantum recte solvit, eique cum effectu solvitur, cui libera est rerum suarum administratio. (2)

Perinde vero est, sive pro se quis solvat, sive pro alio, velit an nolit creditor accipere debitum; modo tamen solutio fiat loco, & tempore praescripto. (3)

In hoc enim casu sublata erit obligatio; si debitor summam oblatam, & à creditore non receptam coram testibus cum legis solemnitate deponat. (4)

Aliud vero pro alio, invito creditore solvere non licet. (5)

Alter modus solvendi obligationem est compensatio,

---

(1) l. 1. tit. 14. P. 5. (2) l. 4. eod. tit. (3) ll. 5. & 8. eod. tit. (4) l. 8. dict. tit. (5) l. 3. eod.

tio, sive debiti, & crediti mutui inter se con tributio. (6)

Nequit itaque dari compensatio si utrumque debitum non sit iustum, liquidum, efficax & purum. (7)

Neque etiam locum habebit in vectigalibus, aut aliis debitis Principi, aut communitati pertinentibus, neque demum in re deposita. (8)

Solvitur praeterea obligatio novatione, sive prioris debiti in aliam obligationem mutatione, aut translatione. (9)

Potest fieri novatio, vel sine delegatione, vel per delegationem: primo modo fit quoties manente eodem debitore, & creditore vel species obligationis mutatur, vel priori obligationi aliquid accedit; aut detrahitur, vel disserte declaratur novandi animus. (10)

Secundo modo dicitur fieri, quoties novus debitor in locum prioris substituitur, quiquidem adpellatur expromissor, hispanice autem *manero*. (11)

Acceptilatione etiam sive debiti condonatione solvitur obligatio, quando scilicet creditor acceptum habere vult, quod ipsi debetur, ac si revera solutum fuisset. (12)

Tollitur etiam omnis obligatio per pactum de non petendo, hispanice *quitamiento* eodem modo ac per solutionem, vel novationem. (13)

Demum rei interitu, & mutuo contrahentium dissensu quamplurimae obligationes tolli explorata res est. (14)

Imprimatur

Dr. Angel de Toledo Rect.

---

(6) l. 20. eod. tit. 14. P. 5. (7) l. 21. eod. tit. (8) ll. 26. tit. 14. & 5. tit. 3. P. 5. (9) l. 15. eod. tit. 14. P. 5. (10) dict. l. 15. eod. tit. (11) dict. l. 15. tit. 14. P. 5. (12) arg. l. 2. tit. 16. lib. 5. R. C. (13) l. 1. eod. tit. 14. P. 5. (14) l. 9. eod. tit. 14. P. 5. & arg. l. 23. tit. 1. P. 6.